



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

VII. De eo quod supra 3. capite, Fraternitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

tis cum omni integritate persolui, scituri pro certo, quod si præceptum nostrum contempseritis, nos venerabili fratri nostro Senonensi archiepiscopo dedimus in mandatis, vt rusticos quibus in decimatione præfati thesaurarii terras dederitis excolendas, ad soluendas inde decimas eidem thesaurario, appellatione cessante, districte compellat.

CAP. VII. *Idem ex privilegio Alexandri papæ.*

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus vel sumptibus excolitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus a vobis decimas exigere præsumat. Hoc etiam idem ex privilegiis aliis aliorum Romanorum pontificum.

CAP. VIII.

Idem Couentrensi episcopo, & officialibus eius.

Ad audientiam nostram noueritis peruenisse, quod quidam uestratum a dilectis filiis nostris abbate & fratribus de * Pipennella, qui sunt * Cistrensis ordinis, de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur, illud priuilegii capitulum sedis apostolicæ praua interpretatione ac malitiose peruerentes, quo eisdem fratribus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus & sumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Afferunt enim quod pro laboribus noualia intelligi debent. Verum quoniam fratres præscripti ordinis benignitate apostolica fouere debemus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam quantumlibet molestandi, attentius providere: tuæ venerabilitati, &c. quatenus a præscriptis fratribus de laboribus suis quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochianis uestris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam si tantum de noualibus intellexissemus, vbi ponimus, De laboribus, poneremus, De noualibus, sicut in priuilegiis quorundam aliorum præsumimus.

* Peper-
nuella,
* Cister-
tiensisCAP. IX. *Item Gregorius.*

Statuimus vt monasteria ex suis prædiis nullo modo decimas soluere cogantur. Quia si legitime dandæ sunt, or-